spectare temere desperatis et in obeundis iis omnibus quae ad Arcem nram seu Capitaneos nros N ex antiquo tenentur negligentes estis Qua in re deputavimus certos Commissarios nros ideo Mandamus vobis omnibus suprascriptis cum per eosdem Commissarios nostros vocati fuerint coram illis compareant Datum Varsaviae etc

Confirmationis Arenga

Significamus etc quod cum declaratum nobis esset nomine incolarum Villae N in districtu N sitae ipsis Privilegium illorum originale quod ex fundatione sui a Magistris et Commendatoribus Prussiae antiquitus super agros et fundos suos habuerant fortuito ignis incendio absumptum et conflagratum esse Eius vero Privilegii exemplum apud Illrem Principem d. n. etiam Prussiae Ducem inter iura et Privilegia eiusdem Illris Dni N Ducis reperiri Nosque ad supplicationem eorundem incolarum Villae N praefatae ad nos factam dederamus ad eundem Illrem Principem N literas nras quibus ab eo postulavimus ut eiusdem Privilegii sui exemplum in Metrica sua perquirere iuberet illudque nobis in forma vidimus transmitteret cumque ad postulationem hanc nram idem Illris N exemplum eiusmodi Privilegii in Metrica Illitatis eius repertum authentice sub sigillo suo transmitteret Supplicatumque nobis esset nomine praedictorum Villae praefatae incolarum ut easdem literas Privilegii memorati in forma vidimus nobis exhibitas autoritate nra Regia approbare et confirmare dignaremur Quarum quidem literarum tenor de verbo ad verbum sequitur estque talis Inseratur litera etc Nos itaque Henricus etc supplicationi eiusmodi benigne annuen. liras superius hic insertas non aliter ac originales in omnibus earum punctis clausulis et articulis conditionibusque authe nra Regia approbari et confirmari duximus In quantum tamen praedicti Villae Coloni in usu et possessione Privilegii superius hic inserti Antehac fuerant Uti quidem approbamus et confirmamus praesentibus Decernen. easdem non aliter ac originales vim et robur debitae firmitatis perpetuoque obtinere debere etc

Assessoria ad limites

Generoso N. Dedimus negotium nonnullis Commissariis nostris ut bona nra Regia quae possidet Generosus N a villis N et M. aliisque bonis Nobilium haereditariis quae in literis mandati nostri quod ad eosdem Commissarios nostros dedimus sunt descripta distinguant terminosque utrorumque bonorum statuant ac controversiam omnem quae circum fines oritur componant et dirimant Cuius rei negotium ut tanto commodius et ex voto partis utriusque componatur et conficiatur Fid. T. velut assessorem ad eosdem

Commissarios deligendum esse putavimus quare Fid. T. committimus et mandamus communicata eare cum Commissariis nob
quorum nomina praefatis N Fid. Tuae declarabit die et tempo-
re quod ipse Fid. Tua delegerit ad eum locum in quo fini-
um contra agri descendatis atque una cum illis provideat ope-
ramque detis ut recte iuste et ex consuetudine bona praefata di-
stinguatur. Facturam Fid. Tuam pro gratia nostra. Datum etc.

Assessoria ad diuideri bona

Magce etc. Expositum est nobis pro parte Generosi N qualiter
a nobis fuisset quaedam Commissio impetrata et obtenta pro parte
Nobilis N in personas quorundam Consiliariorum nostrorum celebri
N et N. quorum iudicium praefatus Generosus N ex certis cau-
sis et rationibus reformidat pro quibus nobis supplicatum est
ut illis de remedio iuris opportuno providere dignaremur quorum
supplicationi ut poste iustae annuere Nos de quorum fide pruden-
tia et virtute confidimus praefatis Commissariis ad praedictae causae
determinationem adiungendum duximus adiungimusque tenore prae-
sentium et tam vobis quam illis coniunctim committimus mandan-
tes ut convenientes in unum vocatisque partibus pro termino compe-
tenti auditisque eorum propositionibus et responsis id quod aequum et
iustum fuerit decernatis Et si ad bonorum divisionem proce-
dendum fuerit procedatis, et in ea quidcui de iure venerit sive spe-
ctaverit assignetis iubemus autem vobis ne alter sine altero
ad causae eiusmodi decisionem procedere audeant sed simul in
ea procedant eamque terment omnibus vobis absentia non obstante.

Assessoria ad iudicandum

Supplicatum est nobis pro parte Generosi N ut pro celeriori et
evidentiori eius expeditione et iustitia facilius cognoscenda
et ex aequo administranda pro meliori cognitione et decisione cau-
sae quam habet in iudicio nostro Terrestri cum quibusdam N et N As-
sessores iudicio vestro autoritate nostra adiungeremus Nos itaque
petitioni huiusmodi honestae et rationabili annuentes ad praefatae
causae cognitionem et determinationem Generosos N et N adiun-
geri pro assessoribus duximus prout adiungimus committendo eis-
dem ut una vobiscum causam praefatam inter dictas partes au-
ditis earum propositionibus allegationibus et responsionibus cognoscant et
per sententiam terminent vobis autem inhibemus ut ad ne-
gotium eiusdem causae sine praefatis designatis Assessoribus
procedere aut aliquid in ipsa causa terminari audeatis pro
gratia nostra etc.

Confirmatio ammissi Privilegii